

~~Wilk. Ludwell~~
1.) Proleg. Juris ad Institutiones
2.) Diss. I. Theorem Juris

1248.

Wilhelmi Ludwell dissertationes XVIII. ad
Justinianas Institutiones. Altorf. 1627.

Henrici Berzel dissertationes ad ius Pandec-
tarum Marp. 1627. Vol. I.

Augsburg. Sammlbd.
Sal.

J M 23

DISPUTATIO QUINTA.
AD
IVSTINI ANEAS
INSTITUTIONES.

Quam,

D. O. M. A.

Permissu & authoritate

Amplissimæ Facultatis Juridicæ in celebre-
rima Altdorfina.

PRÆSIDE

DN. WILHELMO LUDWELL
BORUSSO.

*Nobilissimis & Præstantissimis Dominis Collegis
examinandam exhibuit,*

CHRISTOPHORUS EMERANUS
Lerchenfelder/R. B.

Mense Januario,

ANNO M. DC. XXVII.



ALTDORPHI NORICORUM,
E Typographia Balthasaris Scherffij,
Universitatis Typographi.

ЗАДАЧИ МАТЕМАТИЧЕСКИХ
И ГЕОМЕТРИЧЕСКИХ

НОВОГО ВРЕМЕНИ

Сборник задач по математике и геометрии
для учащихся восьмиклассников

ЗАДАЧИ О КИНЕТИКЕ И
О ЗАКОНОХ

Сборник задач по физике для учащихся

шестиклассников и учащихся

Сборник задач по

математике и геометрии

для учащихся восьмиклассников

и девятиклассников



DISPUTATIO V.

Ad Tit. 2.3.4. Et 5. Lib. 2..

RESPONDENTE,
CHRISTOPHORO EMERANO
Lerchenfelder.

THEISIS I.

Altera rerum divisio est, quod res vel corporales sunt, vel incorporales. (a) Corporales sunt, quæ suâ naturâ (b) tangi possunt. (c) Incorporales, quæ tangi nequeunt. (d)

(a) pr. Inst. de rebus corp. & incorp. l. 1. §. 1. ff. de R. D. Est autem hæc divisio non J. Ctor. propria, sed à Philosophis, sive Physicis de- sumpta, & iuri nostro accommodata, Giph. add. pr. Inst. b. t. proin- denon male ab Imp. in hunc tit. rejecta, secus quam putat Vult. ad. d. t. n. 1. Tholos. lib. 1. Syntag. jur. univ. c. 1. n. 3. Adde Clariss. Dn. Ungep. Exerc. 5. q. 1. in Ajo. (b) Non enim necesse est, ut ipso actu tangantur, sed sufficit, ita comparatas esse, ut tangi possint, quales sunt multæ res in profundo maris & in intimis terræ visceribus, nunquam ab ullo hominum visæ, nedum tactæ Vult. ad pr. Inst. de rer. divis. Schneid. ad h. t. nostrum n. 2. Elias Rober. D. 6. th. 1. lit. A. (c) Ethæ vel mobi- les sunt, vel immobiles. Mobiles iterum vel in specie ita dictæ, ut aurum, vestis &c. vel se moventes, ut servi, animalia l. 93. ff. de U. S. quamvis hæc distinctio in jure nostro non tam accurate observetur, l. 15. §. 2. ff. de re jud. l. 1. §. 1. ff. d. R. V. Vult. ad d. pr. Inst. d. rer. divis. n. 5. Elias Rob. d. D. 6. th. 5. Immobiles sunt ædificia, fundi &c. d. pr. Inst. de reb. corp. & incorp. & d. l. 1. §. 1. ff. de rer. divis. Errat igitur Cujacius in l. 58. ff. d. V. O. fundum nomen juris esse, & plenam proprietatem significare existimans. Donell. ad. d. l. 58. Et 5. Comm. 1. ibid. H. H. lit. A.

M 2

Elias

Engelbrecht

Elias Rob. d. D. th. 1. lit. B. Immobilibus annumerantur & partes metallicæ, quas vocant, non fructus inde percepti, ut post alios docet Rober. d. D. th. 6. Foman D. 10. th. 1. lit. A. Pisces verò si custodiæ causa habentur in stagno, ad res mobiles, l. 15. in f. ff. de act. Empt. Si verò propagationis causa, ad immobiles referuntur, arg. l. 62. ff. de Usufr. l. 3. ff. de divers. tempor. prescript. Rober. d. D. th. 11. & Foman. d. th. 1. lit. A. Molendina quoq; si rei immobili, puta ædificio adhærent, rebus immobilibus arg. l. 18. ff. de act. empt. Si verò mobili, puta na- vi adjuncta fuerint, mobilibus accensentur arg. l. 1. §. 6. & 7. ff. de vi & viarmat. Rob. d. D. th. 12. Quemadmodum & redditus annui, mo- dò mobilibus, modò immobilibus rebus annumerantur, prout ex re mobili, vel immobili debentur, arg. l. 31. §. 2. C. dejur. dot. l. 14. C. de Sacrosanct. Eccles. l. 6. §. 1. C. de secund. nupt. Idem dicendum de actionibus & nominibus. Quamvis enim propriè nec mobilia, nec im- mobilia dicantur, l. 15. §. 2. ff. de re jud. Sit tamen lex municipalis, vel alia necessitas urgeat, ut ad alterutrum divisionis membrum refe- rantur, ex re cujus occasione competunt interpretationem recipi- unt, Alciat. in l. 93. n. 3. ff. d. V. S. Costal. ad. l. 7. §. 4. ff. de peculio. Rober. d. D. th. 8. Foman d. D. 10. in pr. (d) tot. tit. Inst. de reb. corp. & incorp. Et hæ vel in quantitate consistunt, ut nummi, l. 46. ff. de Condict. indeb. l. 94. ff. de solut. nisi forte in concreto, ut corpus considerentur: tūm enim rebus corporalibus, mobilibus adnumerantur, l. 79. §. 1. ff. de leg. 3. Vel in facto ut possessio, l. 1. §. 1. ff. de acquir. vel amittend poss. Vel in jure, ut hæreditas, obligatio &c. d. t. Inst. de reb. corp. & incorp. quæ in jure consistere dicuntur, non quod solùm à jure singantur, & esse intelligentur, revera autem non sint, ut vult Donell. 5. Comm. 7. Sed quia nullum habent corpus, Coras. in l. 1. §. 2. ff. d. rer. divis.

II.

Rebus incorporalibus annumeratur & servitus, (a)
quæ est jus (b) in realiena (c) ad usum (d) alterius ali-
cujus prædii vel personæ (e) constitutum. (f)

(a) Servitus à serviendo, quod inservire, sive prodeesse signifi-
cat, dicta, differt ab ea, de quâ supra lib. 1. actum. Ea enim à servan-
do dicitur, §. 3. Inst. de jur. person. l. 4. §. 2. ff. de stat. hom. & ad jus per-
sonarum pertinet, l. 3. ff. d. t. pr. Inst. de jur. person. hæc verò ad jus re-
rum,

rum, §. ult. Inst. de reb. corp. & incorp. In eo tamen conveniunt, quod
utraq; contra naturam sit, §. 2. Inst. de jur. pers. l. 8. C. servit. & aqua,
& quidem jure gentium introducta d. §. 2. & §. fin. Inst. de usu & ha-
bit. Coras. in rubr. de servit. n. 11. Forst. D. 7. th. 1. Henning. Wegen. D. 5. th.
1. lit. B. (b) id est qualitas, arg. l. 20. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. & l. 86.
ff. de V. S. ibid. Gaedd. sive conditio rei l. 23. §. 2. ff. de serv. præd. rustic.
Don. 9. Comm. 21. Arum. Exerc. 5. th. 1. Definiri autem servitutem com-
modè per jus, apparet tūm ex textibus generalibus in §. 2. Inst. de reb.
corp. & incorp. l. 2. l. 6. ff. de servit. præd. Urban. tūm etiam ex inductione
specierum ususfructus, viæ, actus, itineris, &c. quæ omnes per jus
à Ictis definiuntur. Valent. Riemer tamen Ill. quest. Dec. 4. q. 6. per
privationem libertatis definiendam contendit, arg. l. 5. §. 9. ff. de oper.
nov. nunc. Sed nescio an genus hoc satis sit commodum. Nam quam-
vis concedatur servitutem, deminutionem quandam sui juris aut
libertatis privationem inducere; vix tamen admitti potest, servitu-
tem meram privationem esse, nec quicquam positivi continere arg.
d. l. 20. & d. l. 86. (c) Res enim propria nemini servit, l. 26. ff. de servit.
Urban. præd. l. 33. §. ult. ff. de servit. rust. præd. l. 5. pr. ff. si ususfr. petatur.
Rem autem intelligimus non prædium tantum, l. 1. ff. communia
præd. &c. Sed etiam res mobiles, ut in usufructu interdum, l. 7. pr. l. 25.
§. 3. ff. de Usufr. Imò & quæ usu consumuntur, ut in quasi usufructu.
(d) Nam servitus, quæ neq; prædio, neq; personæ utilis est, consti-
tuinequit, l. 15. pr. ff. de servit. l. 8. §. 6. ff. si servit. vindic. Illud necesse
non est, ut statim utilis sit, sed sufficit naturâ ita comparatam esse,
ut utilis aliquando esse possit, l. 19. ff. de servit. & l. 55. ff. de Usufr. Sub
utilitate autem, & amoenitatem, sive voluptatem complectimur, arg.
l. 41. ff. de Usufr. l. 3. ff. de aqua quotid. & aestiv. & l. 26. §. 1. ff. quod vi aut
clam. Vult. ad §. 2. Inst. de Servit. rust. & urban. præd. n. 3. Duaren. ad. d.
l. 25. ff. de servit. Donell. d. c. 21. Wesenb. in π. ff. de servit. n. 3. Adde Bronch.
cent. 1. Assert. 89. Gov. 1. var. 15. Pac. cent. 3. q. 55. Iohan. Super. in d. l. 15.
ff. de Servi. Eliam Rob. D. 8. th. 1.. Uſus autem iste non eò spectat, ut
Dominus prædii vel rei servientis cogatur aliquid facere, sed potius
ut patiatur, aut non faciat in suo, l. 15. §. fin. ff. de Servit. l. ult. §. ult. ff.
de contrah. empt. Cæpolla in tract. de servit. c. 12. (e) d. l. 15. pr. ff. de servit.
Unde Servitutis desumitur divisio in l. 1. ff. eodem. (f) modis videli-
cet à jure nostro introductis, de quibus infra suo loco.

III.

Estq; vel realis vel personalis. (a) Realis est, quam prædium (b) prædio vicino debet. (c) Quæ vicissim vel rustica, vel urbana, (d) prout prædia quibus ea debetur, (e) vel rustica sunt, (f) vel urbana. (g)

(a) *l. 1. ff. de servit. gl. ad. pr. Inst. de Servit.* & *l. 1. ff. eodem. Cæpollæ in d. tract. de Serv. c. 1.* & *Dd. vulgo servitutem dividunt in personalem, realem, & mixtam. Personalem vocantes, quæ persona personæ servit, de quâ D. 1. actum. Realem quæ res rei. Mixtam iterum dupli- cem faciunt, unam quæ res personæ, & alteram quæ persona rei ser- vit, hujus exempla extare putant in l. 71. ff. de condit. & demonstr. l. 17. ff. de alim. & cibar. legat. l. 44. ff. de manumiss. test. Verùm prima speci- es hoc planè non pertinet, ut th. 1. dictum: Ultima verò ne servitus quidem est, sed obligatio tantum personæ. *Donell. d. lib. 9. c. ult. Dua- ren. ad. d. t. ff. de Servit. Arum. d. Exerc. 5. th. 2. Forst. d. D. 7. q. 2. Foman. D. 10. th. 3. lit. H. Hœnon. D. 5. th. 1.* (b) Unde & prædialis dicitur, *l. 1. §. ult. ff. comm. præd.* quia sine prædiis esse, aut constitui nequit, *d. 1. 1. & §. 3. Inst. de Servit. præd.* Promitti tamen servitus potest, etiam si prædium nullum sit, modò futurum certò speretur, *l. 23. §. 1. ff. de Servit. ur- ban. præd. Bronch. cent. 1. assert. 96. Arum. d. Exerc. 5. th. 12. Elias Rob. d. D. 8. th. 4. Hœnon. d. D. th. 10. Paulus Berens. D. 4. th. 1. q. 2.* (c) Si videlicet locus intermedius servitutis usum impediturus sit: aliâs vicinitatem prædiorum, ne rusticorum quidem exigi verius est, *l. 17. §. penult. ff. de aqua & aqua pluv. arcend. l. 6. pr. & l. 7. §. 1. ff. comm. præd. l. 14. §. fin. ff. de Servit.* & ibi *Duaren. Donell. lib. 11. Comm. c. 2.* & ibi *Hillig. lit. A, Cæpollæ d. tract. c. 18. Forst. d. D. 7. q. 3. Adde Bach. ad Treutl. vol. 1. D. 17. th. 1. lit. B.* (d) *l. 1. ff. de Serv. l. 1. ff. com. præd. Inst. de Serv. rustic. & urban. præd. & t. t. ff. de Serv. V. & R. præd.* (e) Utrum enim servitus rusticæ sit, an urbana dijudicandum est ex prædio, cui debetur servitus, ut si rustico de- beatur prædio, servitus sit rusticæ, si verò urbano, urbana. Hinc fit, ut una eademq; servitus, interdum rusticis, interdum urbanis an- numeretur servitutibus; prout vel rusticis, vel urbanis debetur præ- diis, *l. 2. ff. de Serv. urban. præd. l. 2. ff. de Serv. rustic. præd. Cæpollæ d. tract. c. 11. n. 10. Foman. d. D. th. 6. lit. A.* (f) Qualia sunt non tantum agri & fundi, sed & ædificia, quæ pecorum, sive fructuum reponendo- rum.*

num gratia, sive in urbe, sive extra eam structa sunt, arg. l. 2. pr. ff.
comm. præd. (g) cuiusmodi censentur omnia ædificia, quæ habitan-
digratia facta sunt, sive in urbe, sive extra eam, in villa posita repe-
riantur, §. 1. Inst. de Servit. præd. & d. l. 2. Prædia enim à se invicem non
loco, sed materia, hoc est usu & fine distinguuntur, l. 2. C. de præd. &
aliis reb. minor. l. 298. ff. de V. S. ibi q̄, Gæd. Arum. d. exerc. 5. th. 3. Foman. d.
D. 10. th. 4. lit. D. Hænon. d. D. th. 3. Adde Cæpollam d. c. 11. n. 2. & aliquot
seqq.

Prædia urbana iambū
dificia extra urbem, quæ
in statuē et usum
rum ad hanc nemp
tundij caa.

IV.

Rusticæ servitutes sunt, iter, actus, via. (a) Iter
est jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumen-
tum agendi, vel vehiculum. (b) Actus est jus agendi
jumentum vel vehiculum. (c) Via est jus eundi & agen-
di & ambulandi hominis. (d) In quarum definitionibus
nihil corrigendum arbitramur. (e)

(a) pr. Inst. de Servit. præd. & l. 2. ff. de Servit. rustic. præd. Quæ ta-
men accuratè loquendo, non tam specie, quam gradu secundum
plus & minus differre videntur, ut notat. Bach. ad Treutl. d. D. 17. th. 4.
(b) d. princ. & d. l. 2. Et qui hanc servitutem habet, non tantum pe-
des ire, sed etiam equo, lectica, aut sella vehi potest, l. 7. & l. 12. ff. de
Servit. rustic. præd. Vocabulum autem ambulandi aliquid amplius
exprimit, quam ire, ita ut commeare ultero citroq; cum libet, nec tan-
tum necessitatis causa id facere possit, sed etiam voluptatis, & quo-
ties visum est. Donell. lib. 11. c. 6. (c) d. pr. & d. l. 2. Est enim actus alias
plenus, cum utroq; jure & jumentum & vehiculum agendi, d. l. 7. &
d. l. 12. ff. de serv. rustic. præd. alias minus plenus, vel propter conventi-
onem partium, vel qualitatem loci angustioris, l. 13. ff. de Servit. Qui
autem actum habet, is & iter habet, eoq; uti potest etiam sine ju-
mento: cum actui iter perpetuò insit, d. pr. & d. l. 1. Non quidem ut
separata servitus: ita enim aliud est iter, aliud actus, l. 9. in fin. ff. de
novat. ut si quis iter petierit, deinde actum petat, exceptione rei ju-
dicatæ non removeatur l. 11. §. 6. ff. de except. rei judic. Sed tanquam pars
quædam toti l. 58. ff. d. V.O. vel tanquam sequela & effectus quidam.
Qui enim agere potest, utiq; etiam facultatem eundi habet, cùm
quia nemo agere potest, nisi simul eat, arg. l. 2. ff. de jurisd. tūm quia
in majori



in majori, id quod minus est, includitur, l. 21. ff. de R. I. Wesenb. in ϖ .
ff. de Servit. rust. præd. n. 1. Donell. d. lib. 11. c. 6. Duaren. 1. D. 31. Costal. ad t. 1.
ff. d. t. Elias Rober. d. D. 8. th. 6. Valent Riemer. D. 4. q. 9. Adde Cl. Dn. Vngep.
exerc. 5. q. 5. (d) Nam via & iter & actum in se continet, d. pr. & d. l.
r. & utroq; jus pinguius. Unde qui viam habet, & lapides, &
ligna trahere, & rectam hastam ferre potest, l. 7. ff. d. t. quæ omnia vo-
cabulo agendi in definitione comprehendi videntur, ut ex Alber.
Gentil. not. Hillig. ad Don. lib. 11. c. 6. lit. I. Illud autem hisce speciebus
commune est, quod si sine certa partis fundi determinatione con-
stitutæ fuerint, electio ejus sit, cui constituta est, l. 9. ff. de Servit. l. ult.
ff. de aqua quotid. & aestiv. Donell. d. lib. 11. c. 13. Arum. d. exerc. 5. th. 7. (e)
Quàm variè. Dd. has definitiones corrigant, videri potest apud Tr.
d. D. 17. th. 4. lit. C. Sed ut dictum, nos correctiones istas omnino rej-
cimus: cum à textuum correctione, quantum fieri possit, abstinen-
dum sit, Bronch. cent. 2. assert. 8. Trent. d. th. 4. lit. C. Dn. Vngep. d. Exer-
c. th. 5. in fine.

V.

His rectè annumerantur (a) Aquæductus, (b) Aquæ-
haustus, (c) pecoris ad aquam appulsus, (d) jus pascendi,
(e) calcis coquendæ, (f) & similia. (g)

(a) §. 2. Inst. d. t. & l. 1. §. 1. ff. de Servit. rustic. præd. Si videlicet ad
prædiorum utilitatem jura hæc constituta fuerint. Nam si expressè
ad personarum usum concedantur, personales servitutes erunt, l. 37.
ff. d. t. l. 14. ff. de alim. & cibar. legat. Wes. in ϖ . ff. b. t. Arum. d. Exerc. th.
20. Paulus Berens. d. D. th. 1. q. 3. & Forst. D. 9. q. 5. (b) jus aquæ ducendæ
per fundum alienum, pr. Inst. d. t. l. 1. pr. ff. de Servit. rust. præd. quod fistu-
lis, id est canalibus l. 18. ff. de Servit. urban. præd. vel rivo fieri solet, l. 11.
§. fin. ff. comm. præd. Sed non aliter quàm si aqua perpetua sit, l. 1. §. 1.
ff. de aqua quotid. & aestiv. Nam ex lacu vel stagno aquæductus conce-
din non potest, l. 28. in fine. ff. de Servit. urbanor. præd. Donell. d. lib. 11. c. 3.
Foman. d. D. 10. th. 9. Adde Myns. ad. d. pr. wesemb. in ϖ . ff. de Serv. rustic.
præd. n. 2. Cæpolla de S. R. P. c. 4. (c) d. l. 1. §. 1. Jus videlicet hauriendi a-
quam ex flumine, fonte, puteove privato: nam ex flumine publi-
co etiam sine servitute haurire licet, l. 3. in fin. ff. d. t. Qui autem hanc
servitutem habet, & iter ad hauriendum habere videtur, d. l. 3. §. fin.

Cæpolla

Cœpolla c.7. Donell. d.lib.11.c.7. (d) Jus pecus suum ad aquam alterius, agendi ut ex ea bibat, d. §. 2. Inst. h.t. d.l. 1. §. 1. l. 4. l. 5. ff. de S. R. P. Si quis autem majorem pecorum numerum, quam debet, appulerit, prohibitio non in omnibus, sed in iis tantum pecoribus, quæ numerum constitutū excedunt, militabit, l. 1. §. 18. ff. de aqua quotid. & aestiu. In his enim quæ dividua sunt, utile per inutile non vitiatur, l. 5. §. 2. ff. de donat. inter virum & uxorem, l. 1. §. 5. ff. de V. O. Cœpolla d. loco. c. 8. n. 4. (e) d. §. 2. d. l. 1. §. 1. & d. l. 4. ff. de Servit. R. P. Quæritur hīc, an quis collectis frugibus prohibere possit, quo minus alii animalia sua in ipsius agrum pascendi causa mittant? Quod affirm. perl. l. 2. 3. C. de pasc. publ. & priv. quia herbæ in agro meo natæ, meæ sunt, l. 9. l. 7. §. ult. ff. de acquir. rer. domin. & frustra alias jus pascendi in alieno & privato agro jure servitutis acquireretur, Coras. ad l. 1. ff. de Servit. n. 133. Foman d. D. th. 10. lit. C. Adde Cœpollam c. 9. n. 46. Servitute autem hāc ut in nemo debet, cum pecoribus morbosis, & pestiferis, ne & alia pecora contagione pereant, arg. l. 13. pr. cum. ibi notat. ff. de action. empt. Cœpolla. d. c. 9. n. 20. Ubi addit, mulierem inhonestam ex vicinia expelli posse. (f) d. §. 2. d. l. 1. §. 1. l. 5. ff. de Servit. rust. præd. quatenus vide licet dominanti prædio opus est, d. l. 5. infine & l. seq. ff. d. t. Cœpolla. c. 10. n. 2. Foman d. D. th. 10. lit. D. (g) Puta arenæ fodiendæ, cretæ, lapidisq; eximendi, ligna secandi, uvas premendi &c. Wesenb. in w. ff. d. t. n. 4. Donell. d. lib. 11. c. 7. Ita tamen, ut pomum de cœpere licet, ut spatiari, ut coenare in alieno possimus, servitus realis imponi nequit, l. 8. ff. de Servit. Sed si constitutum tale jus fuerit, valebit nihilominus ut personalis servitus. Costal. in d. l. 8. & l. 37. ff. de Servit. R. P. Treutl. d. D. th. 5. lit. C. De jure venandi controvertitur, an ad Servitutes reales pertineat? Et Geil. 2. obs. 66. id affirm. Sed verius est, hoc jus servitutem planè non esse: neq; realem, quia ad prædiorum utilitatem non pertinet: nec personalem, quia contra naturam servitum harum ad heredes transit; sed proprium quoddam jus per se subsistens, Bocer. Class. 4. D. 3. th. 24. Harprecht ad. §. 12. Inst. de R. D. n. 130. & seqq. Niell. D. feud. 3. th. 2. Hænon. d. D. 5. th. 2.

VI.

Urbanæ servitutes sunt, jus oneris ferendi, (a) tigni immittendi (b) stillicidii, (c) fluminis (d) recipiendi

N

vel non

*Principio sue id
nisi uti. & principio
potestore, distincta est regula
a regulis. Tunc enim
principio duplia. Quis
tunc quae si principio
veluti locati.*

vel non recipiendi, (e) altius tollendi, (f) vel non tol-
lendi, (g) ne luminibus officiatur, (h) Servitus lumi-
num, (i) & similes, (k)

(a) Ut paries aut columnna vicini, onus vicinarum ædium su-
stineat, §. 1. Inst. de serv. præd. Et quamvis regulariter ea servitutum
natura non sit, ut quis facere aliquid cogatur, l. 25. §. fin. ff. de Serv.
is tamen qui hanc servitutem debet, parietem aut columnam, quæ
onus sustinet, reficere & reparare suis sumptibus tenetur, l. 33. ff. de
servit. urban. præd. l. 6. §. 2. l. 8. §. 2. ff. si servitus vind. Fultura vero æ-
dium dum paries reparatur, ad ipsum ædium dominum pertinet, d. l.
§. pr. Myns. Schneid. add. §. 1. Forst. D. 7. q. 8. (b) Ut liceat tignum, si-
ve trabem in alienum parietem immittere, d. §. 1. & l. 20. ff. de serv. urb.
præd. Et qui hanc servitutem debet, vicinitantum tignum suscipere,
non etiam parietem reficere tenetur, d. l. 8. §. 2. ff. si servitus vindicetur,
(c) dicitur stillicidium, quasi stellarum cadium, quod stillæ, sive
guttae e tectis cadant. Myns. & Borch. d. §. 1. (d) d. §. 1. Quæ servitus
ita differt à priore, quod stillicidium guttatum cadat, ut dictum: flu-
men vero cum impetu & colluvione emittatur: deinde quod stillicidium
semper ex alto, sive superiore loco, flumen vero plerumq;
eximo constituatur, ut ex Varrone monet Giph. ad. d. §. 1. (e) Est e-
nīm utraq; hæc servitus vel affirmativa vel negativa: quarum illa
stillicidium & flumen in vicinitectum, vel aream avertere licet, hæc
vero prohibetur vicinus stillicidium in aream vel teclum vicini a-
vertere, ut docet Vult. lib. 1. Iurisp. Rom. c. 83. Hillig. ad Donell. d. lib. 11. c. 5.
lit. L. Adde Myns. Schneid. ad. d. §. 1. Cæpollam de Serv. urb. præd. c. 29. Do-
nell. d. c. 5. paulò aliter id explicantes. (f) Sive ædificandi in altitudi-
nem quo usq; libuerit. Namvis enim naturaliter in solo suo cūlibet
jus sit, in infinitum, vel ad cœlum usq;, ut ajunt, ædificandi, l. 24. ff.
de serv. urb. præd. tamen quia legatis, pacto, aut consuetudine liber-
tas hæc imminui, aut tolli potest, hujus etiam constitutionis usus ali-
quando esse potest. Cui namq; vicinus permittit præter usitatum
ædificandi morem, prioremq; ædium formam, altius tollere, is ser-
vitutem altius tollendi habere dicitur, l. 2. ff. d. t. & d. §. 1. Inst. eod.
Wesemb. in 2. ff. h. t. n. 3. Coras. lib. 3. miscell. c. 24. Don. d. c. 5. & ibi Hillig.
lit. H. Pac. cent. 3. q. 56. Bronch. cent. 1 assert. 99. Arum. d. Exerc. th. 8.
Hænon. d. D. th. 4. Adde Vult. lib. un. disc. c. 5. qui distinguit inter Ser-
virutem

vitutem remissam & cessam, & Bach. ad Treutl. d. D. th. 2. lit. D. Alii
hac servitute id agi existimant, ut vicinus aedes suas teneatur altius
tollere, ne prospectus in meas pateat. Cœpolla de serv. urb. præd. c. 20
Schneid. ad d. §. 1. n. 17. Sed hac opinio manifestè currit contra l. 15. §.
1. ff. de Serv. à quâ nusquam excepta legitur hac altius tollendi servi-
tus. (g) Quo vicinus aedes suas altius tollere prohibetur, d. §. 1. &
d. l. 2. ff. h. t. Forst. d. D. q. 9. (h) sive id fiat altius ædificando, sive alio
quocunq; modo. Hac enim servitute constitutâ, non modò altius
ædificare, ut luminibus officiat, vicinus non potest, sed nec ullum
quidem aliud impedimentum inferre, l. 15. ff. de S. V. P. adeò ut etiam
arborem ponere, quæ luminibus obsit, vel umbram ei loco, cui sol
necessarius est, facere prohibeatur, l. 17. ff. eod. t. Unde perperam
hanc cum superiore altius non tollendi servitute, à quibusdam con-
fundi, luce meridiana clarius est. Ives. int̄. ff. d. t. n. 4. Duar. t. D. 33. Hor.
2. amic. respons. s. Forst. d. D. 7. q. 10. Hæn. d. D. th. 5. Val. Riem. d. Dec. 4. q. 10
Dn. Ung. d. Exerc. 6. q. 6. (i) Quâ nobis lumen seu fenestras, quibus lu-
men cæli hautitur, in vicini parietem immittere conceditur, l. 4. ff.
d. t. hanc quoq; à præcedente ne luminibus officiatur servitute, dif-
ferre manifestum est. Nam quamvis hac illam necessariò in secon-
tineat, ut pote inutilis alias futura: tamen eadē patet latius, & cum
sufficiat in illâ aliquid non fieri, in hac etiam servientem pati aliquid
eōportet, d. l. 4. Wesenb. & Duar. dd. loc. Treutl. d. D. th. 3. lit. A. Forst.
d. D. q. 11. Hænon. d. D. th. 6. Illud hic controversum est, an liceat servi-
tute etiam non constituta, in proprio pariete fenestram habere, in
vicini aream eo invito? Quod aff. quia hactenus in suo aliquid fa-
cere permisum est, quatenus in alienum nihil immittitur, l. 15. §. 5. ff.
si serv. vind. at hic in alienum nihil immitti expeditum est. Facit
quod aedes suas altius tollere, etiam si vicino officiatur, licitum sit,
l. 9. ff. de S. V. P. Cur ergo parietem proprium, etiam si vicino forsitan
id molestum sit, aperire non liceat? Horo. d. lib. 2. amic. respons. cap. 3r.
Don. d. c. 5. & ibi Hillig. lit. E. & F. Connan. 4. Comm. 10. Bach. ad Treutl. d.
th. 3. lit. A. Paul. Berens. d. D. th. 1. q. 9. Quod tamen ita demum verum
putamus, si fiat utilitatis nostræ causa; non si ad æmulationem vici-
ni, ut illi molesti simus, nihil commodi inde habituri. Malitiis enim
indulgendum non est, l. 38. ff. de R. V. l. 1. §. 12. ff. de aq. & aq. pluv. arc.
(k) Ut sunt servitus projiciendi, protegendi, prospectus, ne pro-

spectui officiatur, cloacæ, foraminis, positum non habendi. *Cæpol. d.*
loc. cap. 31. 32. 33. 34. Wesenb. in π. ff. h. t. Vult. d. cap. 63. Treutl. d. th. 3. lit.
B. & C.

VII.

Constituuntur servitutes, (a) vel ultimâ voluntate, (b) vel inter vivos pactis, (c) & stipulationibus, (d) adjudicatione, (e) & præscriptione. (f) Amittuntur remissione, (g) confusione, (h) rei interitu, (i) & non utendo per modum & tempus. (k)

(a) Ipso jure pùtè tantùm & sub modo ; non ex tempore, neq; ad tempus, neq; sub coditione, neq; ad certam conditionem : si tamen hæc adjiciantur, per pacti vel dolii exceptionem occurretur contra placita servitutem vindicanti, *l. 4. ff. de serv. & ibi Iohan. Super. l. 56. §. 4. v. nam & heres. & c. ff. de V.O. Gov. 1. var. lect. 9. Wesenb. in π. ff. d. t. n. 8. Elias Rober. d. D. th. 5.* (b) Velut in testamento, codicillis, mortis causa donatione, *§. ult. Inst. de serv. præd. t. t. ff. de serv. leg.* Hoc modo autem constituta servitute, traditione vel patientiâ opus non est, sed statim à morte testatoris, ipso jure etiam ignorantia acquiritur, *l. 19. §. 1. in fine. ff. quemad. serv. amitt. junct. l. 80. ff. deleg. 2. & l. 64. inf. ff. de furt.* (c) Videlicet contractibus in continentia adjectis : ejusmodi enim pacta contractibus inesse censentur, *l. 7. ff. de pact.* (d) *d. §. ult. Inst. de serv. præd.* Verùm duobus hiscmodis, pactis videlicet & stipulationibus servitutes non aliter constituuntur, quam si traditio accedit, quæ sit vel determinatione loci, per quem sit servitus, vel patientia fruendæ servitutis, *l. 3. pr. ff. de usufr. l. 1. §. fin. ff. de serv. R. P. l. 11. §. 1. ff. de publ. in rem act. Vult. ad d. §. f. Arum. d. Exerc. 5. th. 12. Hunn. 2. var. resol. tr. 2. q. 13.* Et constituuntur servitutes ab iis tantùm, qui veri sunt prædiorum domini, *l. 1. l. 5. pr. l. 8. ff. comm. præd. & quidem in solidum.* Nam unus ex dominis rei communis servitutem nec imponere, nec acquirere potest, ne pro suâ quidem parte, *l. 2. l. 8. §. 1. ff. de serv. l. 34. ff. de serv. rust. præd. Don. d. lib. 11. c. 9. Gœdd. ad. l. 85. ff. de V.S. Elias Rob. d. D. th. 3.* Vasallus quoq; in re feudali servitutem propriè constituere nequit, *arg. l. 4. ff. de serv.* Nam quamvis imposuerit, ipsi tantùm nocet, & feudo ad dominum vel agnatos reversione extinguitur. *c. un. de invest. de re alien. fact.*



en. fact. Bach. ad Treutl. d. D. th. 6. lit. A. Idem de superficiario & emphyteuta docet, Cœpoll. de serv. urb. pred. cap. 14. Usufructuarius planè servitutem imponere nequit, l. 15. §. 7. l. 61. ff. de Usufr. An & precariò servitutes concedi possunt? Ita videtur ex l. 3. l. 15. §. 2. ff. de precar. Sed hę non sunt propriè servitutes, cum quando cunq; concedenti libuerit, interdicto de precario revocari possunt, l. pen. ff. comm. pred. Cujac. 22. obs. 37. (e) Puta si judex in judicio familiæ erciscundæ aut communi dividendo, servitutem imposuerit, l. 22. §. 3. ff. famil. ercisc. l. 18. ff. comm. divid. (f) Nam quamvis servitutes tanquam res incorporales nec possideri propriè, l. 3. pr. ff. de acquir. poss. l. 4. §. 27. ff. de usurp. & usuc. nec usucapi possint, l. 9. ff. d. t. & l. 43. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. longo tamen usu & quasi possessione acquiri, & qua- si usucapi possunt, l. 10. pr. ff. si serv. vind. l. 1. l. 2. l. 13. C. de serv. & aqua. Duar. 1. D. 34. Donell. n. Comm. 11. Costal. ad. l. 14. ff. de serv. Pac. cent. 3. quæst. 53. Nec distinguendum est cum Dd. inter servitutes continuas & discontinuas: cum omnes servitutes perpetuam & continuam causam habeant, l. 28. ff. de serv. pred. urb. & ibi Costal. exinde q; continua saltem quasi possessionem, Donell. d. loc. Imò hodiè post transformatam à Justiniano usucaptionem rectè defendi videtur, servitutes & propriè usucapi, arg. l. ult. C. de præscript. long. temp. & l. un. G. de usuc. transf. Bach. ad Treutl. d. D. 17. th. 8. lit. B. Valent. Riem. Illust. q. Dec. 4. q. 7. Andr. Gerb. Dec. 5. q. 3. Titulus autem in hāc ser- vitutum præscriptione necessarius non est, si adsit domini scientia & patientia, d. l. 10. ff. si servitus vindicetur, l. 2. C. de serv. & aqua. quod si verò illa non adfuerit titulo omnino opus erit, l. fin. C. de præscript. long. temp. Andr. Gerb. d. D. q. 4. (g) arg. l. 6. & l. 14. §. 1. ff. de serv. Idq; non expressis solùm verbis, sed etiam tacite, si videlicet aliquid concedatur, quod cum servitute debita simul consistere ne- queat, l. 8. ff. quemad. serv. amitt. (h) Si idem utriusq; prædii domi- nus esse cäperit, l. 2. ff. d. t. quemad. serv. amitt. l. 26. ff. de serv. urb. præd. adeò ut si dominus iterum vendat & deberi sibi servitutem velit, de novo imponenda sit, l. 30. ff. de serv. præd. urb. l. 10. ff. comm. præd. (i) wesent. in 2. ff. quemad. serv. amitt. n. 4. Quod verum est, si res in- totum pereat, ita ut restituinequeat, aliás si restituta postmodum res, vel prædium fuerit, pristina adhuc servitus debetur, l. 24. ff. quemad. serv. amitt. l. 24. ff. quibus mod. ususfr. amitt. Quod tamen

non ex iure est, sed utilitatis causa receptum, l. 20. §. 2. ff. de serv. urb.
præd. Vult. lib. 1. Iurispr. Rom. c. 65. n. 78. (k) Puta si quis vel planè ser-
vitute usus non sit, vel usus quidem, sed non modo præscripto, l. 15.
ff. quib. mod. ususfr. amitt. l. 10. §. 1. l. 11. pr. l. 18. pr. ff. quemad. serv. amitt.
Idq; 10. annis inter præsentes, & 20. inter absentes. l. 13. l. f. C. de serv.
& aq. Aliter tamen rusticæ, aliter urbanæ non utendo amittuntur.
In iis enim solus non usus sufficit: in his verò requiritur & libertatis
usu capio, l. 7. & d. l. 18. ff. d. t. l. 6. ff. de serv. urb. præd. l. 4. §. ult. ff. de u-
sucap. & ibi Cujac. Treutl. d. D. 17. th. penult. lit. B. Quod si verò non
nisi alternis annis vel mensibusire liceat, duplicato tempore con-
stituto, demum amittitur, d. l. 7. ff. quemad. serv. amitt. Foman d. D. 10.
th. fil. E. Iter autem sepulchro debitum, non utendo nunquam a-
mittitur, l. 4. ff. d. t. quemad. serv. amitt. Non quidem propter reli-
gionem, aliás ne remitti quidem posset, contra l. 14. §. 1. ff. de serv.
Sed quia servitutes non amittantur non usu per id tempus, quo non
potuit ex constitutione servitutis quis uti, etiamsi vellit: huic es-
tim nihil imputari potest, arg. l. 17. §. 3. ff. de usur. l. 1. in f. C. de annab.
except. Donell. d. lib. II. Comm. ult. Treutl. d. ih penult. in f.

VIII.

Personalis servitus est, quam res personæ debet.
(a) Eaq, triplex. (b) Ususfructus, Usus & habitatio.
(c) Ususfructus, est jus, (d) alienis rebus utendi fruendi.
(e) Qui dividitur in verum & quasi, (f) quorum ille
in rebus quibus salvâ substaniâ uti possumus: (g) hic
in iis quæ usu consumuntur, (h) consistit.

(a) Ad dijudicandam enim servitutum naturam, videndum
est, cui ea debeatur; ut siquidem prædio sive rei, realis sit, si vero
personæ, personalis censeatur servitus. Myns. & Schneid. ad pr. Inst.
de Usufr. (b) quod verum est de propriis, & ordinariis servitutum
personalium speciebus, quæ semper personæ sunt & manent, nec
unquam fieri, aut diciservitutes reales possunt. Aliás enim cum ex
servitutibus realibus personales fieri possint, ut supra th. 5. dictum.
tot servitutum personalium species constituiri possent, quod in uni-
versum

versum sunt servitutis species. Wefenb. in *W.* ff. d.t. d. S. R. P. Vult. d. c. 63. n. 11. (c) Quamvis enim Forst. & alii habitationem excludere conentur, verius tamen est, & hanc servitutis speciem esse: ut inter alia satis probat §. pen. & ult. Inst. de usu. & habit. Myns. Schneid. & Dd. mag. communiter ad d. pr. Inst. de usufr. Henning. Wegen. D. 5. th. 5. lit. B. Quid autem de operis servorum dicemus? Eas planè servitutes non esse. Forst. D. 8. th. 10. Sed ijs legatis, interdum usumfructum, interdum usum, interdum nec usum, nec usumfructum legatum videri. Borch. ad pr. Inst. de usu & habit. n. 5. 6. 7. (d) Id est servitus personalis, arg. l. 1. ff. de serv. posito genere remotiori, pro propiore, Vult. d. c. 63. n. 16. Treutl. vol. 1. D. 16. th. 1. lit. A. Forst. d. D. 8. q. 2. (e) d. pr. Inst. de usufr. & l. 1. ff. eod. Quod autem ibidem additur: salva rerum substantia, id ad usumfructum verum tantum pertinet; in quo rerum substantia salva debet esse: quod de usufructu generali accepero, non nisi valde in proprio dici potest. Treutl. d. 1. adde Hogen. Illust. q. 24. Bronch. cent. 1. miscel. assert. 47. (f) d. pr. junct. §. 2. Inst. de usufr. Vulgo Dd. usumfructum in causalem & formalem dividunt; Causalem vocantes eum, quem dominus habet ex causa rei, id est, jure dominij, l. 21. §. 3. ff. de Except. rei. jud. Formalem vero jus utendi fruendi à proprietate separatum. Verum re attentiū considerata, dominis potius distinctio, quam generis in species divisione videatur, ut recte docet Coras. 5. Miscel. 3. Donel. 10. Comm. 2. Conn. 4. Comm. 3. Gødd. ad l. 25. n. 1. ff. de V. S. Arum. d. Exerc. 5. th. 16. Hæn. d. D. th. 15. Forst. d. D. 8. q. 2. (g) d. pr. Inst. de usufr. & d. l. 1. ff. eod. Hinc quæsumus, An vestimentorum etiam verus ususfructus esse possit? Quod aff. si illorum tanquam corporum ususfructus legatus sit, l. 15. §. 5. ff. de usufr. l. 9. §. pen. ususfr. quemadmod. cav. non si tanquam quantitatis: tum enim quasi usumfructum esse verius est. d. §. 2. Inst. de usufr. & ibi Pac. in not. Adde gloss. Giphan. ad d. §. 2. Fachin. 8. contr. 31. Dn. Ungep. Exerc. 6. q. 8. in Nego. (h) Cujusmodi sunt, viuum, oleum, frumentum, pecunia numerata &c. Cum enim neq; naturalis, neq; civilis ratio permitteret, ut harum rerum verus esset ususfr., Senatus utilitatis causa censuit quasi usumfructum consti-
tui posse, d. §. 2. Inst. b. p. & l. t. ff. de usufr. ear. rer. qua usu. consum.

I X. Con-

I X.

Constituitur Uſusfructus purè, vel ſub conditione,
(a) pro parte diviſa, vel indiſiſa. (b) Et veruſ quidem
tām inter vivos, quām mortis cauſa. (c) Quaſi verō ul-
timā voluntate tantūm. (d).

1.159 f. 2v

(a) l. 16. ff. famili. erit ſc. Quā in re diſſert Uſusfr. à ſervitutibus
realibus, l. 4. ff. de Serv. Rationem differentiæ Vult. ad pr. Inst. de uſufr.
num. 5. more ſuo hanc assignat, quia Romanis ita placuit. Alii ali-
am, ut videre eſt apud Coraſ. ad. d. l. 4. Nobis non inconveniens vi-
detur ea, quam ex Aegypt. Hortens. adducit Wegen. d. D. th. 4. in f. Id vi-
delicet ideò fieri, quod in uſufructu ſit, quod in accipientem etiam
ante diem, aut conditionem transferatur, videlicet res ipsa : in ſer-
vitutibus verō nihil; non ſervitutes, quæ antequam patientia do-
mini & uſu alterius conſtituantur, non ſunt : nec res ipsa, cum ſer-
vitutes non omne ejus emolumen tum conſineant. (b) l. 5. ff. de Uſufr.
l. 14. l. 25. ff. quib. mod. uſufr. amitt. Uſusfructus enim diſividuus eſt,
cæteræ ſervitutes individua, l. 19. ff. de uſu & habit. l. 1. §. 9. l. 82. pr. ff. ad
leg. Falcid. Paul. Berens. d. D. 4. th. 1. q. 6. Quo vero modo diſividuus di-
catur uſusfructus mirè variant. Dd. ut videre eſt apud Hillig. ad Don. lib.
10. cap. 24. Bach. ad Treuttl. d. D. th. 3. lit. K. Valent. Riem. Dec. 5. q. 1. Nos
uſumfructum diſividuum dici putamus, respectu perceptionis fru-
ctuum, quos diſividuos eſſe conſtat. Et hoc eſt, quod in d. l. 19. ff. de uſu
& habit. dicitur, frui quidem pro parte nos poſſe, ſed non uti. Uſus
quippe factum diſividuum : fructus verō quia diſividip oſſunt, & fa-
ctum diſividuum continent, uſumfructum etiam talem efficiunt.
Don. d. lib. 10. cap. 24. Vult. ad pr. Inst. de Uſufr. n. 14. Connan. q. Comm. 5.
Weſenb. in w. ff. b. t. n. 4. Arum. d. Exercit. th. 24. Adde Gædd. adl. 21. ff.
de U. S. Forſt. d. D. q. 4. Vacon. à Vacun. lib. 5. Decl. 68. num. 8. aliter atq;
aliter hanc rem explicantes. (c) §. 1. Inst. de uſufr. adde quæ ſupra th. 7.
lit. B. & C. dicta ſunt. Ubi tamen notandum uſusfructus & ſer-
vitum personalium, non à morte teſtatoris, ſed ab adiā demūm
hereditate diem cedere, l. un. ff. quand. dies uſufr. leg. Conſtituitre tiā
uſusfructus quidam à lege, ut patri vel avo in bonis ad ventitiis fili-
orum familiās, §. 1. Inst. per quas pers. l. 6. C. de bon. quæ liber. Item patri
in bonis filiorum emancipatorum, pro parte dimidia, §. 2. Inst. d. t. per
quas

quas pers. cuig. Q. An etiam ususfructus feudi filio familiâs concessi, patria acquiratur? Negam. quia ususfructus ad accipientem feudum pertinet, 2. F. 23. & feuda castrorum, vel quasi loco habenda sunt, arg. 1. F. 19. 22. & passim. Vult. 1. de feud. 4. n. 8. Bronch. cent. 2. misc. Aff. 38. Arum. Disp. Feud. 3. th. 39. Gerb. Dec. 5. q. 8. Tr. d. D. 16. th. 2. lit. B. (d) Senatus consultum enim hoc in gratiam testamentorum solum introductum videtur: nec ulla fuit ratio, ut propter conventiones viventium, qui alias, quo volunt modo pacisci possunt, quasi contranaturam hoc constitueretur. Hinc in. d. §. 2. Inst. h. t. tantum legatarii & heredis fit mentio; & nominatim in l. i. ff. de usufr. ear. rer. &c. Senatus censuisse dicitur, ut omnium rerum ususfructus legari posset. Connane. d. lib. 4. c. 4. Don. d. lib. 10. c. 4. Trentil. d. D. th. 2. lit. K.

X.

Constituto hoc modo usufructu, & satisfactione prestata, (a) tribuitur Usufructuario jus utendi fruendi, (b) adeo ut etiam locare, vendere, pignori dare &c. possit. (c)

(a) Alias non potest actionem, quam pro consequendo usufructu habet, cum effectu intentare, l. 13. pr. ff. h. t. l. 6. pr. §. 1. ut. in poss. legat. arg. l. 13. §. 8. ff. de act. empt. Imò si re tradita, ususfructus nomine satisfactionum non fuerit, durante usufructu dominis cautionem condicere poterit, l. 5. §. 1. ff. de usufr. ear. rer. l. 7. pr. ff. usufr. quemad. caveat. Estq; satisfaction hæc duplex, una ex Edicto prætoris, ad verum usumfructum pertinens, l. pr. l. 5. §. 1. usufr. quemad. cav. altera ex Scto, quasi ususfructus propria. d. §. 2. Inst. h. t. l. 2. ff. de usufr. ear. rer. Neutra tamen de usufructus substantia est, l. 3. §. 4. in f. l. 7. pr. ff. usufr. quemad. cav. d. l. 3. §. 1. ff. de usufr. ear. rer. proindeq; ab herede, vel inter vivos usumfructum constituerente, remitti poterit: cum quilibet favori pro se introducto rectè renunciet, l. 51. C. de Episc. & Cler. l. 29. C. de pact. Fachin. 8. contr. 43. El. Rob. d. D. 8. th. 8. Paul. Berens. D. 4. th. 2. q. 7. Non à testatore l. pen. C. ut. in poss. leg. l. 7. C. h. t. quia testator favori pro herede introduc-
to renunciare nequit, arg. c. 12. vers. manifeste de for. compet. Fach. d. lib. 8. c. 42. Bronch. cent. 1. Aff. 89. Rober. d. D. th. 9. Ber. d. th. q. 6. Præstanda au-
tem satisfaction est, l. 13. pr. ff. h. t. l. 5. §. 1. l. 7. pr. ff. usufr. quemad. cav. l. 4. C. h.
1. id est fidejussoribus cavendum l. 1. ff. qui satid. cog. l. 4. §§. ff. si quis caut.
jud. sist. Geil. 2. obf. 47. n. 1. Gædd. de contr. stip. c. 5. n. 287. Bronch. cent. 1. misc.
aff. 50. Arum. d. Exerc. 5. th. 20. Paul. Berens. d. th. q. f. Sed quid si usufructu-

O

arius

arius ob paupertatem, vel aliam difficultatem fidejussores reperire nequeat; erit ne juratoriæ cautioni locus? Quod negandum per d. §. 2. Inst. h. t. l. 13. pr. ff. l. 4. C. eod. arg. l. 114. §. 12. ff. de leg. 1. Exæquitate tamen & ut voluntati constituentis satisfiat, proprietarius usufructuario annuatim certam, vel fructuum vel pecuniæ quantitatem pendere debet, ipsi q; fructuario idoneè eā de re cavere, arg. l. 6. §. 1. C. de secund. nupt. Don. d. lib. 10. c. 14. Fach. d. lib. 8. contr. c. 40. Bronch. d. cent. Aff. 50. sub. f. Mysf. cent. 6. obs. 48. (b) Quo verbo veniunt omnes fructus, omniaq; emolumenta quæ ex re, aut ejus occasione percipiuntur, non modò naturalia, l. 9. ff. h. t. sed etiam civilia, ut pensiones, usuræ, aliæq; obventiones civiles, l. 7. ff. eod. Si modò ipse, vel alius ejus nomine perceperit, §. 37. Inst. de rer. divis. l. 25. §. 1. in f. ff. de usuris. Hinc quoq; non modò inchoatum ædificium ad fructus reponendos necessarium consummare, sed etiam novum usufructuarius extruere potest, l. 13. §. 6. l. 73. ff. h. t. Costal. ad l. 61. ff. eod. Coraf. 1. misc. 6. Quemadmodum & opus novum nunciare solet nomine procuratorio, arg. l. 1. §. f. ff. de oper. nov. nunc. Treutl. d. D. th. 12. lit. C. Et servitutem fundo fructuario debitam vindicare, l. un. §. 4. ff. de remiss. Br. cent. 1. Aff. 90. Rober. d. D. 8. Coron. 3. Adde. Vult. lib. un. discept. c. 18. Contra verò sustinere & onera prædorum debet fructuarius, ut sunt tributa, vectigalia, stipendia &c. l. 7. §. 1. l. 27. §. 3. ff. de usufr. Non tamen tenetur æs alienum defunctis solvere, ne quidem si sit fructuarius omnium bonorum, arg. l. 2. C. sic cert. petat. l. 2. C. de hered. act. junct. l. ult. ff. de usufr. Costal. ad l. 34. ff. eod. Geil. 2. obs. 146. Fachin. 4. contr. 19. Gerh. Dec. 5. q. 9. (c) l. 8. pr. ff. de bon. auth. jud. possid. l. 28 cum seqq. l. 67. ff. h. t. §. 1. Inst. de usu & habit. l. 15. §. 2. ff. de pign. Eo ipso enim dum locat, vendit aut pignori dat, ipse uti frui videtur, & jus illud per intermedium personam conductorem, emptorem &c. retinere, l. 38. ff. d. de usufr. l. 29. pr. ff. quib. mod. ususfr. amitt. Bach. ad Treutl. d. D. th. 10. lit. A. Dn. Ungep. d. exerc. 6. q. f. Riem. d. D. 5. q. 2. Et in hoc differt ususfructus à servitutibus realibus, quæ indistincte sive rusticæ sive urbanæ sint pignori darinqueunt, l. 11. §. f. ff. de pign. Quamvis enim ea urbanarum solum mentionem faciat, tamen & de rusticis accipienda: cum omnium eadem sit ratio: prædiis enim ita cohærent, ut sine iis esse nequeant, l. 1. ff. comm. præd. §. 3. Inst. de serv. urb. & rust. præd. multo minus opp. ignorari. Constituere autem servitutem pignoris jure potest

**poteſt dominus, l.12. ff. d.t. Duar. 2. D.13. Pac. cent. s. q. 28. Arum. d. Ex-
orc. th. 14. Treutl. d. D. 17. th. 12. lit. B. Paul. Berens. d. D. th. 1. q. 7. Elias
Rober. d. D. 8. Cor. 1.**

X I.

**Amittitur ususfructus præter modos communes,
(a) etiam morte usufructuarii, (b) & capitis deminuti-
one. (c) Quasi verò ususfructus non aliter, quam mor-
te & capitis deminutione. (d)**

(a) Quales sunt rei interitus, aut mutatio, §. 3. Inst. de usufr. l. 23.
l. 24. ff. quib. mod. usufr. amitt. Consolidatio cum proprietate d. §. 3. l. 17
& l. 27. ff. quib. mod. usufr. amitt. Non usus per modum & tempus, d. §.
l. 20. l. 25. ff. d.t. quib. mod. usufr. Giphān. add. §. Wesenb. in ḥ. ff. d.t. n. 7. 8.
Remissio sive cessio domino proprietatis facta: nam cedendo extra-
neo nihil agitur, d. §. 3. hoc est, non extinguitur, sed in priori causa
manet, arg. pr. Inst. qui & ex quib. caus. manumitt. Giphān. ad d. §. 3.
Wesenb. in ḥ. ff. d.t. n. 5. Bronch. cent. 1. assert. 91. (b) d. §. 3. Inst. h. t. l. pen.
C. eod. & l. 3. §. fin. ff. quib. mod. usufr. amitt. Niſi expreſſe actum sit,
ut ad heredes transeat, l. 5. pr. ff. quib. mod. usufr. amitt. quo casu ta-
men ad primum tantum, non ad ulteriores transit, l. 14. ubi gloss. &
Dd. C. de usufr. Schneid. add. §. 3. num. 3. Civitas verò, Collegium &c.
cum non moriantur, receptum est, ut ususfructus iis relictus, vel 100
annis, vel utilongissimo vitæ humanæ termino, l. 56. ff. de usufr. l. 8.
ff. de usufr. leg. vel quasi morte, hoc est, illorum dissolutione, aut
eversione finiatur, l. 21. quib. mod. usufr. amitt. Foman D. 11 th. 10. lit. D.
Verùm morte extincto usufructu quæri solet, ad quem fructus ul-
timi anni pertineant? Distinguendum est inter fructus perceptos
& adhuc pendentes: ut illi quidem ad usufructuarii heredes, l. 12. §.
3. ff. de usufr. l. 13. ff. quib. mod. usufr. amitt. hi verò ad dominum pro-
prietatis pertineant, §. 37. Inst. de rer. divis. l. 8. in f. ff. de ann. leg. quia
pars fundi esse censentur l. 44. ff. de R. V. Treutl. d. D. th. 8. lit. D.
Non admittenda igitur Cujac. & aliorum opinio, quivel pro rata
anni dividendos fructus, vel saltem impensam culturæ præstandam
existimant. Nam quamvis æquitatem quandam sapere videatur,

Q. 2

textus

textu tamen juris destituitur, ut recte Bach. ad Treutl. d. loco. (c) d. §.
3. Inst. h. t. l. 1. ff. quib. mod. ususfr. l. 16. §. 2. ff. de usufr. Quod verum est
de maxima & media, quæ libertatem aut civitatem admunt, ade-
oq; mortem civilem inducunt. Minima autem capitis diminutio-
ne ususfructus hodiè non amittitur, l. pen. C. h. t. Wesenb. in ḥ. ff. d. t.
n. 5. (d) §. 2. suprah. t. l. 9. l. 10. ff. de usufr. ear. rer. quæ usufr. consum.
Wesenb. ad d. t. num. fin.

XII.

Usus est jus alienis rebus utendi, (a) salvâ ipsarum
substantiâ. (b) Habitatio est jus alienas ædes inhabi-
tandi. (c)

(a) Ad quotidianum videlicet usum & necessitatem. Nam hæc
præcipua differentia est inter usumfructum & usum, quod ususfru-
ctus etiam ad voluptatem pertineat, proindeq; omnia emolumen-
ta, quæ ex re quocunq; modo percipi possunt, contineat: Usus
verò ad necessitatem solum, & quantum opus est, ad victum uten-
ti, l. 1. ff. de usu & habit. Quod superest ex fructibus, neq; reponere
neq; vendere potest, sed domino proprietatis relinquere cogitur.
§. 1. Inst. d. t. & l. 12. ff. eod. Quæ etiam ratio esse videtur, quod usus
sit jus individuum, non dividuum, ut ususfructus. Quamvis enim
& usus perceptionem quandam fructuum contineat: tamen cum
ea ad victum quotidianum referatur, meritò sub partitionem non
cadit: cum nec vivi pro parte possit. Conn. 4. Comm. 5. Wesenb. in
⁊. ff. h. t. n. 4. (b) arg. pr. Inst. de usu & habit. ubi Myns. Hinc usu-
arius eandem præstare debet cautionem, quam usufructarius, l. 5.
§. 1. ff. usufr. quemad. cav. (c) §. 5. Inst. d. t. Quæ licet cum usu ædium
effectu penè idem sit jus, l. 10. pr. ff. h. t. Differt tamen ab eodem, quod
habitatio locari aliis possit, §. pen. Inst. d. t. usus verò nequeat.
2. Quod usus non utendo & capitis diminutione pereat, habita-
tio verò neutro horum tollatur, d. l. 10. pr. Quo posteriori modo
habitationem etiam ab usufructu differre palam est: Et præterea in
eo, quod ususfructus non locari modò & vendi, sed & donari pos-
lit, §. 1. Inst. de usu & habit. l. 12. §. 2. ff. de ususfr. habitatio verò
donari nequeat, d. l. 10. in pr. Adde Giphon.
ad d. §. 5. h. t.

E I N I S.



99 A 6938

ULB Halle
002 822 58X

3




DIAH
altere p.
proph.

1860
1860
1860

VII 17





B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches

Centimetres

8
7
6
5
4
3
2
1
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

UINTA.

ENEAS
ONES.

A.
tate
dicæ in celeber-
na.

LUDWELL
O.

Dominis Collegis
uit,

EMERANUS
B.

ario,

XXVII.

ICORUM,
Saris Scherffij,
ographi.

